

Sixtus III natione romanus ex patre sexto. Marciano episcopo, quippe cum
sedit annos VIII. dies XIX. Fuit tempore valentiniani
augusti. et sepultus est via tiburtina in
cripta in qua corpus beati laurentii.

Leo I^{us} natione tuscus ex patre quintiano sedit
annos XXI. mensem I. dies XXVIII. Fuit tempore
marciani et leonis. et sepultus est apud beatum
Petrum apostolum. Hic scripsit ad marcianum
epistolam XII. ad leonem XIII. ad flavianum
episcopum VIII. ad episcopos per orientem XVIII.
confirmans synodum calcedonensem quae
illo tempore facta duas naturas in christo
contra euticem et nestorium defendit.

Hilarius natione fardus ex patre prisco.
sedit annos VI. menses III. dies X. Sepultus
est ad sanctum Laurentium in cripta in qua
corpus beati Sixti episcopi. Hic missis per ori-
entem epistolis confirmavit III. synodos. ni-
cenum. ephezinam. calcedonensem. thomum
quoque leonis episcopi.

Simplicius natione tyburtinus ex patre casti-
no sedit annos XV. mensem I. dies VI. sepultus est
in basilica beati petri apostoli.

Felix III. natione romanus ex patre felice
presbitero. fuit a temporibus odoacri regis usque
ad theodericum regem. sedit annos VIII. menses
XI. dies XVIII. Fuit tempore Zenonis sepultus est
in basilica beati petri apostoli. Hic condemp-
navit petrum alexandriense et acatium constan-
tinopolim episcopos euticianistas.

Gelasius natione aser. ex patre valerio episcopo
sedit annos IIII. menses VIII. dies XXVIII. Fuit
tempore theoderici regis et zenonis augusti. et
sepultus est in basilica beati petri apostoli. Hic

episcopo, quippe cum
episcopatu, immo
ante episcopatum
cepit, ut in passione
beatae virginis legitur.
Erat namque locus
ille possessio et pro-
prietas beatae virginis,
unde et sepulta ibi-
dem est, videlicet in
memoria quam

Marcianus
erat, ut antiquis
moris erat sepeliri
in propria possessione.
Vbi initio et in prim-
ordio christianae fi-
dei, quae in augu-
sta temporibus

Leo
Zeno
episcopo, post passionem
beatae virginis pedicula
vilibus ex lignis
primo constructa
est in memoriam
Martiris. Post haec
paganis ad instar fu-
ni deficientibus,
ecclesia a christia-
nis nova fit, et

Theodericus
caenobium cum
clericis construitur.
Locus igitur ille
episcopis augustensibus

a vocabulum / tantum / servare